

Die Sizilien-Frage schnitt Alfons in seinen Verhandlungen mit der Kurie, wie gesagt, niemals an. Welche Haltung er Sizilien gegenüber einnahm, geht aus zwei Dokumenten des Jahres 1285 hervor. Am 2. Nov. 1285, als Peter auf dem Sterbebett Sizilien der Kirche zurückerstattete, ließ sein Universalerbe Alfons im 40 km entfernten Tarragona eine Urkunde ausstellen, in der er das Königreich Sizilien mit allen Rechten seinem nächstjüngeren Bruder Jayme abtrat. Dieser Vorgang ist eine Wiederholung des gleichen Aktes, der ein halbes Jahr früher am 8. Mai 1285 in Celedonio stattgefunden hatte. Wie in Tarragona berief sich Alfons schon in Celedonio auf eine Schenkungsurkunde König Peters und Konstanzes, in der diese Sizilien *ex causa hereditatis* dem zweitältesten

---

*contra crucis inimicos accinctus, fines barbaricos invasisset, ad requisicionem et suplicacionem Siculorum veniens in Siciliam, de oppressionibus et violenciis Karoli, quondam Regis Iherosolimitani, liberat eosdem, ubique in terra ac mari per suum exercitum multis triumphis obtentis. Tandem princeps Salerni filius dicti Karoli, cum fuit pro [Wortausfall?] carceri mancipatus, quem cum Siculi mori dampnassent, prefatus pater noster volens ipsum de morte eruere, ipsum ad terras nostras de sua solita benignitate fecit adduci. Ex hiis igitur premissis dominus Martinus papa, qui tunc sacerdocii principatum habebat, carnalitatis sequens affectum, non iudicium rationis, ut dicitur, contra dictum patrem nostrum et homines regni, predictorum omnium innocuos et immunes, durius quam debuit vel potuit, suam sententiam fulminavit, non actendens quod iniquum est quemque aliquando odio pregravari, et non tantum fuit censura ecclesiastica, que triplex dinoscitur esse, contentus, immo ipsum regno priva[vit] per suam sententiam, i[d] ipsum alii[s] assignare presumpsit. Quod regnum nostri progenitores, non sine multa sui suorumque sanguinis effusione adquisitum, ad catholicam fidem redegerant, Christi blasfemiis eiectis. Cuius eciam regni predictus pater noster, antequam in Siciliam venisset, per septem annos nos post ipsum successorem et heredem universalem instituerat et fecerat nobis secundum morem Yspanie a subditis prestari fidelitatis et homagii sacramenta. Unde, quamvis dictus pater noster delequisset et ad ipsum papam eius cohercio pertineret, que tamen omnino negamus, non tamen debuit de iure puniri ob delictum patris heredem. Deinde volens suam iniquam sententiam execucioni mandare, invocato brachio seculari et crucem contra homines terre nostre fideles et catholicos predicando et summas indulgencias concedendo, innumerabile exercitum, tam per mare quam per terram, ad perdendum gentes nostras et regnum, transmictere procuravit: sed ipse rex celestis, per quem reges regnant et principes dominantur, qui superbos humiliat et exaltat humiles quique solus habet in regnis hominum potestatem, nostro non defuit adiutorio, unde ipsis multiplici clade percussis redierunt non tantum que de nostro acceperant, sed de suo plurima relinquentes. (Zusätze in eckigen Klammern stammen von mir.) Die Vorstellung von der Schuldlosigkeit des Sohnes eines straffälligen Vaters hatte am aragonesischen Hof offensichtlich einiges Gewicht; nach dem Bericht Muntaners (c. 114) soll Jayme II. dem gefangenen Sohn Karls von Anjou, Karl II. von Salerno, gegenüber geäußert haben, *que ell (Karl II.) no meria mal en res que son pare, lo rei Carles (Karl I.), hagués fet*.*